



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

CCCLX. Sabellus von Badelo verbürgt sich der Stadt Prenzlau für die Markgrafen, am 24. August 1305.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

adiectum, quod Hinricus gatow presbiter et Elyzabeth soror mea, que est vxor Hinrici de bysmarke, vna vice, et senior heres dicti hinrici de bysmarke mei filii (sic) adhuc viuenti kopkyni, Henninghus, Nicolaus et gherardus alia vice, infra mensem a tempore vacacionis sacerdoti ydoneo uel scholari cupienti ad ordines promoueri uolentes hanc collacionem altaris predictis sub condicionibus predictis perpetuo permanere, Quamdiu aliquis de ipsorum extiterit parentela, Deficiente vero parentela dictorum prius tacte, tunc senior de duobus senioribus consulum, qui tunc temporis manserint in consilio, predictum altare dum vacabit, Conferre licite ut patronus, Ita quod consules post nos eligendi a prelibato tribus mansibus vllam prorsus collacionem uel collectam nunquam de cetero expoſtulant alienaliter aut requirant. Et forma vero officandi ipsum hec est instituta, die autem dominica et in diebus apostolicis et in diebus sollempnitatibus per totum annum debet tales missas cantare infra matutinas uel quam ut requisit diei sollempnitatis, nisi plebanus uel gerens vicem suam missam deposceret congruentem, et haberi memoriam omnium benefactorum, qui ad idem altare dotatum, dedicatum seu officandum suum pium tribuerunt assensum. Hec autem acta sunt de communi consensu predictae ciuitatis premſlow, Ita quod nullus valeat aliquibus temporibus immutare seu, in euidentiam omnium premissoꝝ presentem paginam exinde confectam dedi Et munimine mei sigilli feci communiri. Datum sub annis domini M^o CC^o XCIX^o, quinto ydus februarii.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLX. Sabellus von Badelo verbürgt sich der Stadt Prenzlau für die Markgrafen,
am 24. August 1305.

Ego Sabellus, miles, dictus de Badelo, tenore presentium literarum recognosco publice protestando, quod uniuersis Burgenſibus Civitatis Primſlavię et eorum heredibus promisi fide data, pro eo videlicet, quod omnia contenta in ſuis privilegiis patentibus, que placita ſunt inter reuerendos Dominos meos Ottonem et Woldemarum, de Brandenborgh et Landesberg Marchiones, et ſuos heredes uniuersos ex una et predictos Burgenſes ex parte altera ſuper eorundem Burgenſium libertate et omnibus aliis articulis incluſis perpetuo inuolabiliter obſeruentur. In euidentiam huius rei teſtimonium meum ſigillum presentibus literis eſt apenſum. Datum Anno Domini MCCC. quinto, in die beati Bartholomei Apoſtoli.

Nach Sect. Urſ. Anh. zum 1. Theil der Prenzl. Geſch. S. 162, wo jedoch für Sabellus von Badelo, wie nach S. 105 unzweifelhaft geſehen werden muß, Sabellus de Gardeleghe ſteht. Im Prenzlauer Archive iſt das Originale dieſer Urkunde nicht mehr zu ermitteln geſeſen.